

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

175
hominis. Et reliqua.

**OMELIA VENERABILIS
BEDAE P. B. RI. LECTIO
DOMINICAE EIUSDEM.**

LECTIO SCI

EUANGELII QUAMMO
do fratres audistis. tanto
intentiùs cogitanda. ac si
ne obliuione est iugiter
retinenda. quanto constat.
quia magnam nobis fidei per
fectionem commendat. ma
gnum eiusdem perfectae fidei
contra omnia temptamenta
robur aequè demonstrat.

Si enim scire uolumus quomo
do in xpm credi oporteat.
quid lucidius eo quod ait
ad eum petrus. Tu es xpc fi
lius di uui. Rursus si audi
re delectat quantum haec
fides ualeat. quid apertius
eo quod ait dñs de ecclesia.
quae super eum aedificanda

erat. Et portae inferi non prae
ualebunt aduersus eam. Sed
haec suis in locis plenius expo
nentur. Nunc autem reuer
tentes ad explanandam exor
dine lectionem dominicam.
primo uideamus de loco in
quo habita memoratur.

Uenit inquit ihc in partes ce
sareae philippi. Philippus
ut lucas testatur erat tetra
cha itureae et traconitidis
regionis. Hic ergo statuens
ciuitatem in loco ubi iorda
nis ad radices oritur libani
montis. Et est terminus iudee
contra septentrionem. Appel
lauit eam caesaream philippi
in memoriam uidelicet sui no
minis pariterq. honorem ti
berii cesaris sub quo ipse re
gnabat. In cuius partes ueni
ens ihc. interrogabat discipu
los suos dicens. quem dicunt

x.

x.

homines esse filium hominis.
Non autem quasi nesciens sen-
tentiam de se uel discipulorum
uel extraneorum inquit.
sed ideo discipulos quid de se
sentiant interrogat. ut con-
fessionem rectae fidei illorum
digna mercede remuneret.
Nam sicut interrogatus gene-
raliter omnibus. petrus re-
spondit unus pro omnibus.
Ita quod petro dominus respondit.
In petro omnibus respondit.
Ideo quid alii de se sentiant
inquit. ut expositis primo
sententiis errantium. discipuli
probarentur ueritatem suae
confessionis. non de opinione
uulgata. sed de ipso percep-
tisse dominicae reuelationis
artano. Quem inquit di-
cunt homines esse filium ho-
minis. Pulcre homines ap-
pellat eos. qui de filio hominis

tantum loqui nouerant. qui
diuinitatis eius arcana nesci-
ebant. Nam qui diuinita-
tis eius mysteria capere no-
runt. merito supra homines
esse dicuntur. Apostolo at-
testante qui ait. Quod ocu-
lus non uidit. Nec auris au-
diuit. nec in cor hominis as-
cendit. quae praeparauit
deus diligentibus se. Qui cum
haec de hominis hoc est hu-
mana solum sapientis corde
aure et oculo praemitteret.
mox de se ac de suis similibus.
qui generalem humanitatis
scientiam transcendere ad-
iecit. Nobis autem reuelauit
deus per spiritum suum. Cui simi-
le est quod hic dominus cum inter-
rogasset discipulos quem eum
dicerent esse homines. et illi
diuersas diuersorum opinio-
nes praemisissent. dicit illis.

Uos autem quem me esse dicitis
 quasi ab hominum generalita
 te illos sequestrans et deos ac
 di filios per adoptionem iam
 factos insinuans iuxta illud
 psalmistae. Ego dixi di estis.
 et filii excelsi omnes. Respon
 dens simon petrus dixit. Tu es
 xpc filius di uiui. Om uiui
 appellat. ad distinctionem
 falsorum deorum. quos uario
 errore delusa gentilitas uel
 demortuis sibi hominibus in
 stituit. uel maiore clementia
 de insensibili materia quos
 adoraret creauit. De quali
 bus canitur in psalmo. simu
 lacra gentium argentum &
 aurum opera manuum ho
 minum. Os habent et non
 loquentur et cetera. Nota
 autem dilectio ura. quam mi
 randa distinctione sit factu.
 ut cum de utraq. eiusdem dñi

et saluatoris nri natura ab ip
 so dño et a fidei eius discipu
 lo esset proferenda sententia.
 Dñs ipse humilitatem assun
 ptae humanitatis profiteat.
 discipulus excellentiam diui
 nae aeternitatis ostendat.
 Dñs dese quod minus est. disci
 pulus de dño intimat quod
 maius est. Dñs dese quod fa
 ctus est propter nos. discipu
 lus declarat de dño quia ipse
 est qui fecit nos. Sic et in eu
 angelio dñs multo crebrius
 se filium hominis quam filiu
 di appellare consueuit. ut
 nos ad moneat dispensationis
 quam pro nobis suscepit. Sed
 nos necesse est tanto humili
 us diuinitatis eius alta uene
 rari. quanto illum meminim
 pñra exaltatione ad huma
 nittatis infima descendisse.
 Si enim inter sacramenta incar

nationis eius quibus redem-
pti sumus. potentiam diui-
nitatis qua creati sumus. pia
semper mente recolimus. fit
ut ipsi quoque cum petro su-
pernae beatitudinis merce-
de donemur. Nam confiten-
te illo xpm filium di uiui. ui-
deamus quid sequitur. Re-
spondens autem ihc dixit.
Beatus es simon bar iona.
Constat ergo quia post uera
xpi confessionem. uera bea-
titudinis praemia restant.
Sed intueamur attentius. qua-
le quantumue sit nomen il-
lud quo perfectum sui nomi-
nis confessorem glorificat.
ut huius etiam nos ueraciter
eum confitendo mereamur
esse consortes. Beatus es
inquit bar iona. bar iona.
syriace. latine dicitur fili-
us columbae. Filius aute

columbae recte uocatur apo-
stolus petrus. quia uidelicet
columba multum simplex
est animal. et ipse prudenti-
ae pia simplicitate dnm se-
quebatur. memor illius pre-
cepti quod cum suis disci-
pulis ab eodem magistro sim-
plicitatis ac ueritatis accepit.
Estote prudentes sicut serpen-
tes et simplices sicut columbe.
Uel certe quia sps scs super
dnm in columbae specie de-
scendit recte filius columbe
nuncupatur qui spiritali
gratia plenus extitisse mon-
stratur. Et iusta satis lau-
de dilectorem confessoremque
suum dñs remunerat. cum
eum sci sps filium esse testa-
tur. a quo ipse di uiui filius
asseueratur. Quamuis
hoc ipsum multum dissimi-
liter fieri nullus fidelium

dubitat. **O**mn̄s enim xpc̄ fili-
 us dī per naturam. petrus si-
 cut et ceteri electi. filius scī
 sp̄s est per gratiam. **X**pc̄ fili-
 us dī quia de ipso natus est.
 petrus filius sp̄s scī. quia de
 ipso renatus est. **X**pc̄ filius
 dī ante tempora. ipse est enī
 dī uirtus. et dī sapientia que
 dicit. **O**mn̄s possedit me initio
 uiarum suarum. ante quā
 quicquam faceret a princi-
 pio. **P**etrus filius sp̄s scī. ex
 eo tempore quo ab ipso illu-
 minatus gratiam diuinæ
 cognitionis accepit. **E**t
 quia una uoluntas eadem
 est operatio sc̄e trinitatis
 recte cum dixisset. beatus es
 simon bariona. id est fili-
 gratiæ spiritualis. protinus
 adiunxit. **Q**uia caro et san-
 guis non reuelauit tibi. sed
 pater meus qui est in caelis.

Pater quippe filio columbe
 reuelauit. quia una est grā
 patris et sp̄s scī. eadem quoq.
 et filii. **Q**uod facillimis sacre
 scripturæ probatur exemplis.
Dicit namq. de patre aposto-
 lus. **M**isit dī sp̄m filii sui in
 corda nr̄a. **D**icit ipse filius
 de sp̄u sc̄o. **C**um aut̄ uenerit
 paracl̄ytus quem ego mittā
 uobis a patre. **D**icit de sp̄u
 sc̄o apostolus. **H**æc aut̄ om̄a
 operatur unus atq. idem sp̄s.
 diuidens singulis pro ut uult.
Pater ergo mittit sp̄m. filius
 mittit sp̄m. sp̄s ipse ubi uult
 spirat. quia profecto ut dixi-
 mus una est uoluntas et ope-
 ratio patris et filii et sp̄s scī.
Et propterea conuenienter di-
 citur. quia pater qui in cae-
 lis est reuelauerit filio colu-
 bae m̄ysterium fidei quod ei
 caro et sanguis reuelare ne-

quibat. Caro et sanguis recte intelleguntur homines sapientia carnis inflati. columbinae simplicitatis nescii. ideo a sapientia sp̄s omnimodis auersi. de quibus supra dictum est. quia xpm non intellegentes. alii iohannem baptistam. alii autē heliam. alii uero hieremiam. aut unū ex prophætis eum esse dicerent. De quibus dicit apostolus. Carnalis aut homo non percipit ea que sunt sp̄s dī. Sequitur. Et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Petrus qui simon antea dicebatur ob fortitudinem fidei et confessionis suae constantiam ad nō petri nomen accepit. quia uidelicet illi firma ac tenaciter adhaesit de quo scriptū:

Petra aut erat xpc. Et super hanc petram. id est super dnm saluatorem. qui fidelis suo cognitori amatori confessori participium sui nominis donauit. ut scilicet a petra petrus uocaretur. aedificaretur ecclesia. Quia non nisi per fidē et dilectionem xpi. per susceptionem xpi sacramentorum per obseruantiam mandatorū xpi. ad sortem electorum & aeternam pertingitur uitam. apostolo attestante qui ait. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est quod est xpc ihc. Et portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Portae inferi doctrinae sunt nequam. quae seducendo in prudentes ad inferos trahunt. Portae quoque inferi. et tormēta et blandimenta sunt persecu

torum quae infirmos quosq.
 occerendo uel emolliendo
 a stabilitate fidei introitum
 eis aeternae mortis aperiunt
 Sed et praua fidelium opera
 ineptaq. colloquia portae
 utiq. sunt inferi. in quantum
 suis uel auctoribus uel sequa
 cibus iter perditionis ostendunt.
 Nam et fides si non habeat ope
 ra mortua est in semet ipsa
 Et corrumpunt mores bonos
 colloquia mala. Multae
 itaq. sunt portae inferi. sed
 harum nulla ecclesiae quae
 super petram fundata est pre
 ualet. quia qui fidem xpi in
 timo cordis amore perceperit
 omne quicquid exterius peri
 culi temptantis ingruerit.
 facillime contemnit. At qui
 cumq. credentium fide uel
 opere uel negatione depraua
 tus prodit. Non hic super petra

dnō cooperante domum sue
 professionis aedificasse. sed
 iuxta alterius loci parabolā
 super harenam sine funda
 mento posuisse credendus ē.
 Hoc est non simplici ac uera in
 tentione xpm sequi. sed terre
 nam quamlibet fragilem q.
 ob causam habitum praeten
 disse xpiani. SEQUITUR
 Et tibi dabo clauēs regni caeloru.
 Qui regem caelorum maiori pre
 ceteris deuotione confessus ē
 merito p̄ceteris ipse collatis
 clauibus regni celestis donat.
 Ut constaret omnibus quia absq.
 ea confessione ac fide. regnū
 caelorum nullus posset intrare.
 Clauēs aut regni caeloru ipsa
 discernendi scientiam poten
 tiamq. nominat. qua dignos
 recipere in regnum. Indignos
 secludere deberet a regno.
 Unde manifeste subiungit

Et quodcumq; ligaueris super
terram. erit ligatum in caelis.
Et quodcumq; solueris super
terram. erit solutum in caelis.
Quae soluendi ac ligandi pote-
stas. quamuis soli petro data
uideatur ad no. absq; ulla
tamen dubietate noscendū.
quia et ceteris apostolis dat.
ipso teste qui post passionis
resurrectionisq; suae trium-
phum. apparenseis insuffla-
uit et dixit omnib;. Accipite
sp̄m sc̄m quorum remiseritis
peccata remittuntur eis.
Et quorum retinueritis reten-
ta sunt. Nec non etiam nunc
In epis ac pr̄bis omni ecclesie
officium idem committitur.
ut uidelicet agnitis peccan-
tium causis. quoscumq; hu-
miles ac uere penitentes as-
pexerit. hos iam a timore p̄-
petuae mortis miserans absol-

uat. quos uero in peccatis que-
eegerint persistere cognoue-
rint. illos perennib;. supplici-
is obligandos insinuet. Unde
alias dñs de correpto semel &
iterum ac tertio sed non peni-
tente fratre precipit dicens.
Si aut ecclesiam non audierit.
sit tibi sicut aethnicus et pu-
blicanus. Et ne leue quis
quam putaret ecclesiae iu-
dicio condemnari. mox ter-
ribiliter adiunxit. Amen
Dico uobis quaecumq; alliga-
ueritis super terram. erunt
ligata et in caelo. Et quae-
cumq; solueritis super terram
erunt soluta et in caelo.
Omni igitur electorum eccle-
siae iuxta modum culpaꝝ
uel poenitentiae ligandi
ac soluendi datur auctori-
tas. Sed ideo beatus petrus
qui xpm uera fide confessus

uero est amore secutus speci-
 aliter clauis regni caeloru
 et principatum iudicarię
 potestatis accipit. ut omnes
 per orbem credentes intel-
 legant quia quicumq. ab
 unitate fidei uel societatis
 illius quolibet modo semet
 ipsos segregant. tales nec
 uinculis peccatorum absolui
 nec ianuam possint regni ce-
 lestis ingredi. Unde nos ne-
 cesse est tota intentione fir-
 mĩ. et fidei quam docuit sa-
 cramenta discere. et congru-
 entia fidei opera demonstrare.

Necesse est omni uigilantia
 multiplices subtilesq. porta-
 rum inferi cauere insidias.
 quatenus iuxta psalmistę
 uocem de his adiuuante dño
 eripi. atq. ad adnuntiandas
 eius laudes portas filie sion.
 hoc est gaudia mereamur su-

pernae ciuitatis intrare.

Nec sufficere nobis ad salutem
 arbitremur. si turbis negle-
 gentium uel quorumlibet
 indoctorum fide uel actibus
 adaequemur. quibus in te-
 ris sacris unica est credendi
 pariter et uiuendi regula
 praescripta. Sed quotiescuq.
 nobis errantium ingeruntur
 exempla. nos confestim auer-
 tentes oculos mentis nrę pe-
 uideant uanitatem. magis
 quid ueritas ipsa decernit
 sedulo corde scrutemur. se-
 quentes exemplum beati pe-
 tri. qui spreto errantium
 sectis. uerae fidei arcium
 quod cognouerat. indubia
 oris confessione protulit.
 insuperabili cura seruauit.
 Nam de fiducia confessionis
 hoc loco cognouimus. De
 uirtute aut unicae in xpm

dilectionis ipse alibi testat.
Qui cum discederent ab eo qui
dam discipulorum eius. dice-
retq. ille ad duodecim. Num-
quid et uos uultis abire. re-
spondit ei dicens. Domine. ad
quem ibimus. uerba uita ae-
terne habes. et nos credidim^{us}
et cognouimus quia tu es xpc
filius di. Huius ergo fratres
mei p modulo nro exemplū
si imitari satagimus. et noscū
illo beati et appellari et esse
ualebimus. Nobis quoq.
simonis hoc est oboedientis
xpo. nomen congruet. Nos
ppter simplicitatem fidei non
fictae. acceptamq. ad nro gra-
tiam uirtutum filii columbe
uocabimur. Congaudensq.
ipse spiritalibus animaenre
pfectibus dicet. Quā pulcra
es amica mea quam pulcra es.
Oculi tui columbarum.

Sicq. fit ut nobis supra petram
fidei. aurum. argentum. Lapi-
des preciosos. hoc est perfecta
uirtutum opera. construentib.
nil tribulationum ignis detri-
menti afferat. Nulli temptati-
onum turbines praualcant.
Quin potius ad uersitatibus pro-
bati. accipiemus coronam uite
quam ille nobis ante saecula
pmisit qui uiuit et regnat ds
cum patre in unitate sps sci.
Per omnia saecula scloꝝ am.

INNAT. SC. PN

LI. SERMO.
BEATI IOHAN-
NIS. EPI.

EATVS

PAULUS QUI

tantam cum huma-

nae alacritatis ostendit. ut
ad caelum quoq. ipsum ualeat